ros, tradidit Varro περὶ τύχης. itē Parthos ex puro argento, vt tradiderunt alij. Militârunt ἀργυρασπίδων Solomoni Hebræo, Alexandro Macedoni, Soteri Syro, Seuero Romano. Plinius ad Traianum ſcribit, ſe ei glebulam è metallo Parthico mittere: ſed nec materiam, nec locum exprimit: puram autem fuiſſe conijcimus, quia ad imperatorem munus mittitur. Vena argentea Cl. Marcelli cineres Hannibal condidit: loculo argenteo cæſus à Parthis Antiochus Sedetes, domum remiſſus eſt. Pſeudargyrum quod naſci in Tmolo monte ſcribūt, quale ſit, non explicant: eſſe autem ex nitidis ſterilibus (de quibus infrà dicetur) ſuſpicari poſſumus. Eſt quod ἀργύρεον θεατρικὸν appellant, quod in laminas ductum in theatris ſuſpendebatur, idq́ Latinis proprio nomine Extar, vt author eſt Chariſius. Poëtæ ab hoc metallo ſumpſerunt epitheta, vt ἀργυρότοξος Apollo, ἀργυρόπεζα